



Pastoralis Sollicitvdinis, Sive De Officio, Et Potestate Episcopi

Tripartita Descriptio. Cvivs Pars Prima Episcoporum institutionem, ...
Secvnda Quicquid ad Episcopi est potestatem, ... Tertia Quod ad casuum
reseruationem, ... Methodo Noua, & expedita complectitur

Vbi quæ ad omnifariam Episcopi potestatem, vel ad Sacramenta, &
Ordines conferendos, vel ad dispensationes elargiendas pertinent,
comprehensa sunt

Barbosa, Agostinho

Parisiis, M.DC.XXV.

Episcopvs Cvm Illegitimis ad Ordines, & beneficia, quando poßit
dispensare? Allegatio XLV.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-98621](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-98621)

SYMMA R I V M.

- 1 Dispensationes sunt stricti iuris, & odiosae.
- 2 Argumentum de maiori ad minus in dispensationibus non valet.
- 3 Dispensatio concessa adversus unum impedimentum, vel defectum, non porrigit suum effectum ad alium.
- 4 Dispensatus ad Ordines intelligitur dumtaxat dispensatus ad minores.
- 5 Dispensatus, ut promoveri possit ad Ordines sacros, multo magis censetur dispensatus, ut possit promoveri ad Ordines minores.
- 6 Dispensatio facta ad Ordines non extenditur ad beneficia, etiam simplicia.
- 7 Dispensatus simpliciter ad beneficium, ad aliud quam ad simplex non dicitur habilitatus.
- 8 Dispensationem obtinens ad aliquod beneficium simplex, si ad illud praesentetur dicitur habilitatus ad cetera simplicia.
- 9 Dispensatus ad sacerdotium non manet habilis ad beneficium curatum.
- 10 Dispensatus ad curata, multo magis censetur dispensatus ad Canonicatus Cathedralium.
- 11 Dispensatus ad beneficium curatum non censetur dispensatus ad obtinendam dignitatem, etiam si exuberans esset dispensatio.
- 12 Dignitates non comprehenduntur nisi apertis verbis illarum meminerit rescriptum.
- 13 Beneficiorum appellatione non veniunt dignitates.
- 14 Dispensatus ad dignitates non dicitur dispensatus ad maiorem dignitatem post Pontificalem.
- 15 Verba, & principales dignitates in Collegiatis, non comprehendunt plures dignitates, quam unam in qualibet Collegiata.
- 16 Regula 3. Cancellarii reservat tantum unam principalem in qualibet Collegiata.
- 17 Reprehenduntur contrarium tenentes, veluti aliene felicitatis, ac honoris impatientes.
- 18 Honorare melius est, quam honorari, sicut amare, quam amari.
- 19 Episcopus dispensare potest cum illegitimis ad minores Ordines, & ad beneficium simplex.
- 20 Causa requiritur in dispensatione facienda per Episcopum.
- 21 Episcopus an possit cum illegitimo dispensare ad beneficium, quod non iure communi, sed statuto, vel consuetudine Sacrum Ordinem requirit?
- 22 Episcopus cum illegitimo potest dispensare ad Canonicatus Ecclesiarum Collegiarum.
- 23 Dispensare potest Episcopus cum illegitimis ad dimidias portiones, seu inferiora beneficia Ecclesiae Cathedralis.
- 24 Dispensare potest Episcopus cum illegitimo ad beneficium simplex habens accessorie annexam Parochialem.
- 25 Capitulum Sede vacante potest, sicut Episcopus, huiusmodi dispensationes impetrari.
- 26 Capitulum Sede vacante dispensare in his potest, in quibus potest Episcopus ratione iurisdictionis Episcopalis.
- 27 Capitulum Sede vacante succedit Antistiti defuncto in omnibus his, quae iure communi pertinebant ad Ordinarium Episcopi iurisdictionem.
- 28 Episcopus non potest dispensare cum illegitimo super pluralitate beneficiorum simplicium.
- 29 Pontifex summus solus ad dignitates, vel personatus etiam sine cura dispensat.

30 Episcopus cum illegitimis ad beneficia requiruntia Sacrum Ordinem dispensare non potest.

31 Episcopus cum illegitimis ad Canonicatus Ecclesiae Cathedralis dispensare non valet.

32 Contrarium sentiunt aliqui.

33 Sub distinctionibus facere componuntur.

34 Dispensatio an praesumatur si illegitimus in habitu, & tonsura incedens, Ordines suscepisse tali dispensatione praecedente alleget, & numer. 34.

35 Dispensatus a summo Pontifice ad beneficium simplex obtinendum ante aetatem 14. annor. an ex dispensatione Episcopi possit aliud simplex impetrare?

EPISCOPVS CVM ILLEGITIMIS AD ORDINES, & BENEFICIA,
quando possit dispensare?

ALLEGATIO XLV.

Dispensationes sunt stricti iuris, & odiosae; strictamque recipiunt interpretationem; cap. 1. in fin. de filijs presbyterorum lib. 6. Oued. de incomparabilitate beneficiorum par. secunda, cap. ultim. numer. 67. cum sequent. Sayr. de censur. lib. 6. capit. 11. a numer. 16. Azori. institution. moral. par. secunda lib. 7. cap. 33. quæst. 6. Matien. l. 10. gloss. 1. numer. 7. titul. 8. lib. 5. noue recopil. Nicol. Garc. de beneficijs par. 1. cap. 6. numer. 58. Garcia Girona de privilegiorum, seu exemptionum explicatione numer. 1111. Mar. Anton. variar. resolut. lib. 1. resolution. 19. numer. 14. & lib. 3. resolut. 2. numer. 18. & 21. Carol. Tapia ad Rubr. ff. de constitution. Principum cap. 5. numer. primo cum sequentibus. Moneta de distributionibus quotidianis par. 2. questione decima; quarta a numer. 5. Soar. de legibus lib. 11. cap. 11. numer. decimo, & cap. 17. a numer. 2. Campanil. in d. uersorio iuris Canon. rubr. 11. cap. 1. numer. 90. 2. Ita ut in eis non valeat argumentum de maiori ad minus, nec extendatur ad casum habentem in se maiorem rationem, prout resoluunt Cons. de dispensabilibus par. secunda cap. 8. §. 8. numer. undecimo. Nannar. de redditibus Ecclesiasticis quæst. 3. monitu 10. numer. secundo. Molina de primogen. libr. secundo cap. 4. numer. 48. & seq. Brunor. a sole in locis commun. verbo dispensationes sunt odiosae, & salas de leg. disputat. 20. & 21. Cald. Pereira de nominatione emphyteusis questione vigesima prima numer. 65. Gutier. Canon. lib. secundo, cap. 15. numer. 124. Rendin. in promptuario receptarum sententiarum tom. 1. titul. 29. numer. duodecimo. Molin. de iustitia tom. 3. tract. 2. disputat. 591. numer. secundo. Sanchez de matrimonio lib. 8. disput. 1. numer. 31. & disputat. 24. numer. decimo septimo. Nicolaus Garc. dict. cap. 6. numer. 59. Campanil. dict. cap. decimo tertio, numer. 91. ubi restringit, quando illud minus comprehensum, & necessario includeretur sub maiori; aut esset necessarium consecutiuum, ac dependens ab eo, super quo fuit dispensatum, quia dispensatus ad unum, censetur dispensatus ad omnia consecutiva, plene Sanchez. de matrimonio lib. 8. disput. 1. numer. 19.

3 Dispensatio igitur concessa adversus unum impedimentum & defectum, non porrigit suum effectum quoad alium, l. si quando c. de inofficioso testamento, & vide ibi gloss. Bald. salicet. & alios, Simon de Pratis consil. 51. numer. 6. Surd. consil. 245. numer. 4. Ioseph. Gonzal. variar. quæst. capit. decimo quarto, numer. undecimo. Ioan. Baptista a Costa de retractione

cap. 9. caſu 10. numer. 2. Sic etiam diſpenſatus ad vnum effectum non cenſetur diſpenſatus ad alium *Bero conf. 163. numer. 30. & 41. libr. ſecundo. Reminald. Inn. conf. 241. numer. 36. Simon de Præſis conf. 100. numer. 29. Carol. de Graſſi. de effectibus clerical. effectum 4. numer. 57. & 58.*

4 Quare diſpenſatus ſimpliciter ad Ordines intelligitur dumtaxat diſpenſatus ad minores, ex gloſſ. verbo *ordinari* in cap. litteras de filiis Preſbyterorum, & gloſſ. verbo *ad omnes* in cap. vlt. m. eodem tit. l. in 6. Rebuſſ. in praxi beneficii tit. de diſpenſatione ſuper defectum natalium numer. 47. Campanil. dict. cap. decimo tertio, numer. 95. ſoar. de cenſur. tom. 5. diſſutat. 41. ſect. 3. à numer. tertio. ſanch. de matrimon. lib. 8. diſſutat. 1. numer. 26. Azori. inſtitut. moral. par. 2. lib. 6. cap. 3. quaſt. 6.

5 Diſpenſatus vero, vt promoueri poſſit ad Ordines ſacros multo magis cenſetur diſpenſatus, vt poſſit promoueri ad minores Ordines, ex multis quos refert, & ſequitur Carol. de Graſſi. dict. effect. 4. numer. 205.

6 Diſpenſatio etiam facta ad Ordines, non extenditur ad beneficia, cum ſint ſeparabilia, & executio vnius poſſit ſtare ſine altero cap. ſecundo, & ibi gloſſ. de filiis Preſbyter. Gemin. in dict. cap. primo, vbi Monach. Arch. Ioan. And. & Ancharan. illo tit. lib. 6. ſagr. de cenſur. lib. 6. cap. 11. numer. 21. Garcia dict. capit. 6. numer. 70. ſanch. de matrimon. lib. 8. diſſutat. 1. numer. vigeſimo ſextimo. Mar. Antonin. variar. reſol. lib. primo, reſolut. 19. numer. 10. quicquid dicant Henrig. lib. 13. cap. 57. §. 5. Bellet. diſquiſit. clerical. par. 1. tit. de diſciplina clericali §. 3. numer. 36. extenditur tamen ad beneficia ſimplicia conferri ſolita clericis Ordinibus initiatis gloſſ. verbo *Sedus Apoſtolica* in cap. vltim. & ibi Abb. numer. 2. de filiis Preſbyterorum, Mayol. de irregularit. lib. primo cap. 8. numer. 8. Ollivrad. conſil. 115. numer. 6. Michael. Martin. de Villar. de patronato de Calayataud. par. 9. coſtumbre §. numer. 4. Bellet. dict. §. 3. numer. 39. Sed alij exiſtimant non extendi ad aliquod beneficium obtinendum, cuius quidem opinionis præ alijs fuit Rebuſſ. in praxi rubr. de diſpenſatione ſuper defectum natalium numer. 48. Borg. in tract. de irregularit. rubr. de filiis Preſbyterorum numer. 9. quos refert, & ſequitur Campanil. dict. cap. decimo tertio numer. 96. & tenent Mar. Antonin. dict. reſolut. 19. numer. vndecimo. Azori. inſtitut. moralium par. ſecunda lib. 6. cap. 3. quaſtione quinta §. vbi ampliat etiamſi diſpenſatus ſit, vt ad omnes ſacros Ordines aſcendere queat. Qui enim ſimpliciter diſpenſatus fuit ad beneficium, vtique ad aliud beneficium, quam ad ſimplex non diceretur habitatus, vt ait Borgas. de irregularit. par. ſecunda, rubr. de interpretatione diſpenſat. numer. tertio, ſequitur Campanil. dict. cap. 13. numer. 97.

Si vero aliquis obtinens diſpenſationem ad aliquod beneficium ſimplex conſequendum ad illud preſentetur, dicetur habitatus ad cætera ſimplicia, vt reſoluunt Canale. decif. 29. ſub numer. 35. par. 1. Campanil. dict. cap. 13. numer. 98.

9 Ex quibus facile colliges male pronuntiaſſe Henrig. lib. 14. cap. 8 §. 10. dum ait, quod illegitimus diſpenſatus ad Sacerdotium, non manet inhabilis ad beneficium curatum, & Episcopatum, ac dignitates: quæ omnia ſunt falſa, & ſine fundamento, prout tenent ſan. dict. lib. 6. cap. 11. numer. 27. 28. Nicolaus Garc. dict. cap. 6. à numer. 67. Campanil. dict. cap. 13. numer. 101.

10 Vnde quamvis diſpenſatum ad curata multo

magis cenſeri diſpenſatum ad Canoniceatus Cathedralis Eccleſiæ dixerit Ioan. de ſetina de benef. par. ſecunda quaſt. 61. numer. 6. tamen contrarium verius eſſe ex Rota decif. 54. alias 1. de filiis Preſbyter. in antiq. aſſentit Campan. dict. cap. 13. numer. 99.

11 Et à fortiori diſpenſatum ad beneficium curatum non cenſeri diſpenſatum ad obtinendam dignitatem reſoluunt Perr. Greger. ſynagm. lib. 17. cap. 6. numer. 36. Azori. dict. cap. 3. quaſtione ſeptima. Bellet. dict. §. 3. numer. 38.

12 Etiamſi exuberans eſſet diſpenſatio, nempe ad quæcunque beneficia, quia etiam tunc dignitates non comprehenderet, niſi apertis verbis illarum meminiret reſcriptum, vt poſt Agbuſſ. reſoluit Campan. dict. cap. 13. numer. 101. appellatione enim beneficiorum non veniunt dignitates, Clem. 1. de ſequenti. poſt. cum ſimilib. citatis à Bellet. par. 1. tit. de diſcipl. clerical. §. 2. numer. 38.

13 Sic etiam diſpenſatus ad beneficia, vel etiam ad dignitates non poteſt promoueri ad dignitates, quibus cura animarum ineſt Azori. dict. cap. 3. quaſt. 9. & 10. Sic etiam diſpenſatum ad obtinendum Canoniceatum, vel dignitatem in Eccleſia Cathedrali non cenſeri diſpenſatum ad hoc, vt poſſit eſſe delegatus Pape ante vigefimum annum probant Nau. conſ. 22. à numer. 1. ſub tit. de celebratione diſſ. Carol. de Graſſi. dict. effectum 4. numer. 60.

14 Hinc etiam diſpenſatus ad dignitates non dicitur diſpenſatus ad maiorem dignitatem poſt Pontificalem, Bellum decif. 698. poſt med. Rebuſſ. in concordata in form. mand. Apoſt. in gloſſ. verbo, aut dignitate, & in praxi tit. de diſpenſatione ſuper defectum natalium numer. 86. quos refert, & ſequitur Bellet. dict. tit. de diſciplina clericali §. 2. numer. 39. Azori. dict. cap. 3. quaſt. 8.

15 Sed ad maior. m. cautelam hodie in diſpenſationibus, quæ conceduntur additur clauſula, exceptis dignitatibus in Cathedralibus, & principalibus dignitatibus in Collegiatis, & cauſa ſimilium verborum, dubitatur apud aliquos legalis ſcientiæ tyrones, vel potius alieni honoris inuidos, & detractores, an ſcilicet ſub illis verbis, & principalibus dignitatibus in Collegiatis, comprehenderentur plures dignitates, quam vna in qualibet Collegiata, nam cum quedam indigniſſima perſona promoueretur ad dignitatem, quæ erat tertia in quadam collegiata, virtute illius clauſule contra illum à conaſionis ſuis, & coopidanis, magnum inuidiæ argumentum oppoſitum fuit, poſſeſſioque ſibi tam iniuſte denegata, ego in hoc dubio (ſi dubium appellari poteſt), quod omni caret difficultate, reſpondi verba illa; & principalibus dignitatibus in Collegiatis, intelligi ſolum de vnaquaque dignitate principali in qualibet collegiata, quia pluralitas illa reſoluitur in ſingularitates, & reſpicit ſolum pluralitatem Eccleſiarum.

16 Probatur à ſimili ex regul. 3. Cancellariæ, vbi circa reſeruationem beneficiorum habentur hæc verba, *principales in Collegiatis Eccleſiis* ex quibus reſoluunt Doctores reſeruari tantum vnam principalem in qualibet Collegiata, prout tenent Mandos. in dict. regul. 3. quaſt. 3. per totam, Menoch. conſil. 190. numer. 5. cum ſequentibus, Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſ. 21. numer. ſeptimo. Nicol. Garcia de benef. par. 5. cap. 1. numer. 262. Non obſtat quod adducit Mandos. dict. quaſtione tertia in fine, nam decifiones, & iura, quibus innititur, loquuntur tantum de duabus dignitatibus æque principaliter, quia tunc eodem

totidem duæ sub eadem regula comprehenderentur, vt per Nicol. Garc. dict. cap. 1. numer. 264. Aloys. Ricc. in collect. decis. par. 5. collect. 1670.

17 Sed his non obstantibus contrariam opinionem tuebantur aliqui prædicta iura non ignorantes, sed aliena felicitatis, & honoris impatientes, & parum aduertentes honorem, qui videbatur aliis impedi reflecti in seipfos, quoniam vt ait Ioan. de Lignano de amicis cum agit de amante, & amato numer. 2. honorare melius est quam honorari, sicut amare quam amari: nam qui honorat, & amat ostendit signum virtutis, deinde amando, & honorando quis adimplet præceptum Christi, qui iussit nos, vt diligeremus proximum nostrum, & Apost. ad Roman. 12. vt nos inuicem honore afficeremus.

18 Quare non temere vulgo dici solet honorem esse facientis, non recipientis, facit l. 6. ff. de officio proconsul. vbi dicit Ripam. in aliquam celebrem ciuitatem, vel provinciam caput Proconsul aduenire: pati debet commendari sibi Ciuitatem, laudescque suas non grauate audire, cum honori suo Provinciales id vendicent, ex quo text. clarum fit aliquem præstando honorem, cum in dict. lege honor Proconsuli præstaretur, & tamen id honori suo Provinciales vindicabant, vt eleganter exponit Thom. Añu. de ludo sacchorum q. 7. numer. 71.

19 Deueniendo igitur ad responsum principis quaesiti dico Episcopum dispensare posse cum illegitimis, ex quocunque etiam damnato cõitu ad minores Ordines, & ad beneficium simplex, cap. 1. de filiis presbyt. in 6. & ibi gloss. & Doctores, & Regolm. de irregul. cap. 44. §. numer. tertio, & 49. de censur. libr. 6. caput. 11. numer. 8. Gig. de pension. quest. 17. in princip. Rebuff. in praxi de form. lit. consur. numer. secundo, & titul. de dispensat. super defectu nar. numer. 8. Azori. institut. moral. par. secunda lib. 3. cap. 50. quest. 8. Henrig. in summ. par. 2. lib. 15. cap. 8. numer. 10. lit. B. Nicolaus Garcia de benefic. par. septima cap. 2. numer. 48. Carol. de Grassis de effectibus clericis effectus 1. numer. 330. Ioan. Mar. Beller. disquisit. clerical. par. prima titul. de disciplina cleric. §. 3. numer. vigesimo quinto. Campan. in dictionario iuris Canon. rubr. 11. capit. decim. & tertio numer. 81. In huiusmodi dispensatione faciendâ per Episcopum, cum sit inferior Papa, requiritur causa, & quod eorum suffraganeis meritis fiat gloss. in cap. requisitis §. nisi rigor, 1. quest. 7. Nau. consil. 45. numer. secundo de homic. Fr. Emman. quest. Regular. tom. 1. quest. 13. artic. 14. & 15. quem refert, & sequitur Nicol. Garc. dict. cap. secundo numer. 46. Pet. Anton. à Petr. in tract. de potest. Princip. cap. 32. dub. 2. numer. vigesimo. Carol. de Grassis de effectibus cleri. in prælud. numer. 332. At in beneficio quod non iure communi, sed statuto, consuetudine, vel privilegio Sacrum Ordinem requirit non posse Episcopum cum illegitimo dispensare resoluunt gloss. verbo tale in dict. capit. 1. de filiis presbyt. in 6. & ibi Ioann. Monach. Archid. & Gemm. quorum resolutionem dicit Azori. dict. cap. 3. quest. 15. intelligendam de beneficio quod Sacrum Ordinem requirit privilegio, consuetudine, vel statuto, in quibus Episcopus nihil iuris, & potestatis habet.

22 Primo amplius prædictam resolutionem, quæ habet Episcopum cum illegitimis posse dispensare ad beneficium simplex procedere in canonicatibus Collegiatarum Ecclesiarum, vt post straphil. dicit Rota iuncta addit. Papaz. decis. numer. 15. de filiis presbyt. in nouis quam refert, & sequitur Beller. dict.

§. 3. numer. 27. Nicol. Garc. dict. cap. 1. numer. 69. cum non habent annexum Ordinem aliquod sacrum, etiam si sint alicuius insignis Collegiata, quia etiam ad huiusmodi canonicatus obtinendos sufficit prima tonsura, & quod quis attingat decimum quartum annum, vt post multos quos refert dicit Nicol. Garc. dict. p. 7. cap. 4. numer. 37. & latius infra dicemus.

23 Secundo amplius in dimidiis portionibus, seu inferioribus beneficiis Ecclesiæ Cathedralis, prout resoluunt Gomez. de expectatiu. numer. 98. Flamin. de resonat. libr. secundo, questione prima numer. 117. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. §. numer. 98. & sequent. Nicolaus Garcia dict. capit. secundo numer. 69. Beller. dict. §. 3. numer. 26. Dimidia enim portiones non habent sibi annexum Ordinem sacrum, nec illius ætatem requirunt Nicol. Garc. dict. cap. quarto numer. 38.

24 Tertio amplius etiam si beneficio simplici, aut canonicatui Ecclesiæ Collegiata, vel dimidiis portionibus, aut inferioribus beneficiis Ecclesiæ Cathedralis parochialis Ecclesiæ unita sit accessorie, ex multis rationibus, & iuribus id ipsum suadentibus, quæ referto alio in loco, quarum illa principalis est, quia quod accedit alteri sequitur conditionem, & naturam principalis, & ita hanc ampliationem, tenent Gemm. in cap. 1. numer. 2. de filiis presbyt. libr. 6. Rebuff. in tract. nominat. quest. 16. numer. 27. Beller. dict. §. 3. numer. 34. Campan. dict. cap. 13. numer. 83. Stephan. Gratian. discept. forens. cap. 275. numer. 47. Azori. dict. cap. 3. quest. 14. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. §. 8. 7. numer. 18. & de hac veritate hucusque nemo dubitauit.

25 Quarto amplius Capitulum Sede vacante posse, sicut Episcopum, huiusmodi dispensationes impertiri, prout resoluunt Nauarr. consil. 31. incip. An Capitulum sede vacante sub titul. de temporib. Ordin. in antiq. & 7. de filiis presbyt. in nouis, Campanil. dict. cap. 13. numer. 81. Quarant. in summ. Bullar. verbo Capitulum sede vacante, vers. secundo quæro, pr. q. u. Episcop. par. 2. verbo Capitulum vers. tertio pag. 28. licet contradicat Paris. consil. 136. incipit stante defectu, numer. 2. vel. 4.

26 Etenim Capitulum sede vacante dispensare in iis potest Episcopus ratione iurisdictionis Episcopalis, vt tenent Henriquez in summ. lib. 14. de irregul. cap. 10. §. 1. Gutier. Canon. lib. 1. cap. 3. numer. 10. & 49. in Clauis regia lib. 6. cap. 11. numer. 84. Cened. ad sext. collect. 4. numer. 3. Molin. de iustitia tractat. 5. disputat. 11. numer. 5. Cardos. in praxi iudic. & advocat. verbo Capitulum, numer. 2.

27 Quin etiam generalior suppetit ratio, quod Capitulum Sede vacante succedit Antistiti defuncto in omnibus, quæ iure communi pertinebant ad ordinariam Episcopi iurisdictionem, exceptis nonnullis speciatim iure prohibitis syluest. verbo Cap. §. 2. Pauin. de potestate Cap. Sede vacante par. 1. capit. 3. numer. 3. Rebuff. in praxi beneficiat. tit. de deuolut. 4. numer. 57. Nauarr. consil. 44. numer. 1. de temporibus ordinationum, & consil. 7. de filiis presbyterorum. Flamin. de re-signation. lib. 7. quest. 23. numer. 11. cum sequentibus, Soar. de cens. disputat. 7. sect. 2. numer. 4. Molin. dict. disputat. 11. numer. 13. & 10. Gutier. & Cardos. ad locis. Aloys. Ricc. in praxi fore Eccles. decis. 357. numer. 4. in prima edit. & resolution. 305. numer. 4. in 2. edit. vbi dicit quod Capitulum succedit in omnibus, quæ sunt iurisdictionis, tam contentiosa, quam voluntaria.

28 Primo limita non procedere ſuprapoſitam reſolutionem, niſi ad vnicum obtinendum beneficium: cum illegitimis enim non poterit Epifcopus diſpenſare ſuper pluralitate beneficiorum ſimplicium, vt probat dict. cap. 1. §. ille vero de filiis preſbyterorum lib. 6. tenent praxim Epifcopalis par. 1. verbo Ordo circa finem, Azor. inſtitution. moral. par. 2. lib. 6. cap. 2. queſtion. 12. Auila de cenſ. par. 7. diſputat. 3. dub. 6. conſul. 2. Nicol. Gare. dict. cap. 2. numer. 50. & par. 8. cap. 3. numer. 4. Quamuis contrarium videantur ſentire gloſ. 2. in cap. final. de filiis preſbyterorum lib. 6. ſeu de benefic. par. 3. queſt. 11. numer. 19. Menoch. de arbitrar. caſu 201. numer. 156. Nam verius eſt quod ſupra reſoluimus, quia illegitimus, cum quo diſpenſatur ad beneficium, non poteſt niſi vnicum obtinere, vt reſoluit Sanchez de matrimon. lib. 8. diſputation. 51. num. 6. & 11.

29 Secundo limita in dignitatibus, vel perſonatibus, etiam ſine cura: ad quos ſolus Papa poteſt cum illegitimis diſpenſare ita gloſ. verbo beneficium in dict. cap. primo. Henriquez dict. lib. 14. capit. 8. numer. 10. Auila dict. dub. 6. conſul. 6. Azor. dict. capit. 3. queſt. 3. & poſt Pet. Gregor. Molin. de eſſentia, Tolet. Sayr. Leſium, & alios reſoluit Nicolaus Gare. dict. cap. 2. numer. 53. Lambert. in tract. de iurapſonant. lib. 1. par. 2. queſt. 9. art. 3. verſ. adduco duodecimo numer. 50. Campanil. dict. cap. 13. num. 86.

30 Tercio limita in beneficiis requirentibus ſacrum Ordinem, ad quæ Epifcopus nequaquam illegitimos diſpenſare valet: ita gloſ. verbo tale in dict. cap. 1. quam ſequuntur ibidem Ioan. Monach. num. 8. verſ. & idem Franc. num. etiam 8. Anchar. numer. 2. Campanil. dict. cap. 3. numer. 85.

31 Quarto limita in Canonicatibus Eccleſiæ Cathedralis ad quos obtinendos cum illegitimis non poterit Epifcopus diſpenſare, vt tenent Ioan. Monach. in dict. cap. num. 7. Rebuff. in praxi titul. de diſpenſatione ſuper defectu natalium numer. 10. & ſequen. & hanc ſententiam (vt inquit Felin. in cap. poſtulaſti verſ. 2. conſul. ſub numer. 4. de reſcript.) videtur tenere Rot. Roman. deciſ. 136. vel ſecunda incip. noluerunt Domini de filiis preſbyterorum in nouis, alias 54. ſeu prima eod. tit. in antiq. praxi Epifcop. par. 1. verbo Canonici, §. 3.

32 Contrarium tamen imo Epifcopum poſſe cum illegitimo diſpenſare ad obtinendum Canonicatum in Cathedrali tenent gloſ. in dict. cap. 1. verbo beneficium, quam ibi ſequuntur Ioan. And. verſ. in glo. intellige ſub numer. 3. Geminian. num. 6. Ancharan. numer. 1. Domin. num. 7. Franch. numer. 6. Cald. conſil. 1. de filiis preſbyterorum, ſeu de beneficijs par. 3. queſt. 61. in final. verſus, Azor. dict. cap. 3. queſt. 11. Nauar. qui addit hanc opinionem eſſe communiter receptam, conſil. 3. inſup. multarum queſt. num. 4. de etate, & qualitate in antiquis, & conſil. 4. de filiis preſbyterorum in nouis, Campanil. dict. cap. 13. numer. 82. vbi aſſerit deciſiones Rotæ ſupra allegatas non negare licere Epifcopis diſpenſare cum illegitimis ad Canonicatum Cathedralis Eccleſiæ, ſed decidere diſpenſationes ab Epifcopis conceſſas iuxta formam doct. capit. 1. minime extendi ad Canonicatus prædictos, prout Franch. bene aduertit dict. cap. 1. numer. 6. in fin. quali docerent illegitimum habitatum ad beneficium ſimplex non intelligi diſpenſatum ad Canonicatum, niſi fuerit expreſſe additum de Canonicatu, & inſinuat Nauar. vbi proximè numer. 4. & conſil. 2. numer. 5. de filiis preſbyterorum.

33 Sed hæ contrariæ opiniones frædere diſtinctionis componuntur, prima enim quatenus habet ad

Canonicatum in Cathedrali non poſſe Epifcopum cum illegitimis diſpenſare procedit de iure nouiori Concilij Tridentini. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 12. quo attento omnes Canonicatus Eccleſiæ Cathedralis requirunt aliquem ex ſacris Ordinibus, ad quos cum non poſſit Epifcopus cum illegitimis diſpenſare, ſequitur quod etiam non poterit ad beneficia, quæ ſibi illos habent annexos. At vero ſecunda opinio procedit de iure antiquo: & ita diſtinguunt Maſel. de irregular. lib. 1. cap. 8. numer. 11. praxim Epifcopalis par. prima verbo Canonici §. 3. Sayr. de cenſ. lib. 6. cap. 11. numer. decimo tertio. Auila eod. tract. par. 7. diſputat. 3. dub. 6. notab. 3. Henriquez lib. 14. cap. 8. §. 10. ad fin. Leſſi. de inſtituta lib. ſecundo capit. 34. numer. 86. Nicol. Garcia dict. cap. 2. numer. 65. & aſſentire videtur Campanil. dict. capit. decimo tertio numer. 85.

34 Quæri opportune poteſt an diſpenſatio præſumatur ſi illegitimus in habitu, & tonſura incedens Ordines ſuſcepit tali diſpenſatione præcedente alleget? In qua quæſtione negatiuam partem amplexa eſt Rot. Roman. in vna Hiſpalem. Canonicatus deciſ. 780. lib. 3. par. 3. diuerſ. vbi decimum fuit teneri ſe clericum per literas probare, & diſpenſationem remouentem defectum natalium antecediſſe. Facit etiam quod diſpenſationem allegans illam probare tenetur, cum non præſumatur, prout tenent Bellamer. conſil. 10. numer. 43. Maſcard. de probat. conſul. 523. ſub numer. 6. Menoch. de præſumpt. lib. 3. queſtione 132. ſub numer. 72. Surd. conſil. 245. numer. 32. Sed ſtat pro contraria parte deciſio eiſdem Rot. Roman. in proprijs terminis, quam memorat additio ad alteram Rotæ deciſ. ſecundam, incip. voluerunt Domini ſue 136. numer. 8. de filiis preſbyterorum in nouis, in qua decimum fuit non probandam, & venificandam elapſo triennio diſpenſationem allegatam pro illegitimo: contradicit etiam generica reſolutio Ancharan. conſil. 117. prope finem, vbi præſumptionem exoriri ex longa poſſeſſione beneficij, ac diſpenſationem interceſſiſſe defendit, quod etiam tenet Flores de Meno. variar. queſtion. libr. 3. queſt. 23. numer. 52. item hanc partem ſequitur Gomez. ſuper regulam Cancell. de trienniali queſt. 10. verſ. nec obſtat, vbi deciſione Rotali reſolutum aſſertatur regulam iſtam de trienniali iurare etiam execrabilem, ita quod liceat execrabili allegare diſpenſationem, ſi triennio poſſedit.

34 Verum in hac contrarietate Campanil. dict. capit. decimo tertio, numer. 107. aſſerit præſatam Rotæ deciſionem in illa Hiſpalem. canonicatus ſuſſistere tantum reſpectu proprietatis, hoc eſt validitatis, ſeu inualiditatis clericatus, aut collationis beneficij, non autem reſpectu poſſeſſionis clericatus, ſeu beneficij, regula enim de trienniali non operatur effectum niſi quoad poſſeſſionem, & fructus dumtaxat, vt à ſimili ex pluribus deciſionibus comprobatur idem Campanil. dict. capit. 13. numer. 111. Tamen ne litibus via aperiatur, aut diſſentionibus detur locus, ſi decennio ſaltem aliquis illegitimus in beneficio ſteterit, vel beneficia incompatibilia poſſederit in præſentia ſui ſuperioris credendum eſt iuſtum titulum, & diſpenſationem obtinuſſe; cum credendum non vnum, vel plures Antifites ſæpius viſitantes poſſeſſori annuiſſe, niſi viderint diſpenſationem, alioquin prohibuiſſent inhabilem miniſtrare, ſiue incapacem obtinere beneficia, aut ſine titulo, vt optime inferit Rot. deciſ. 4. incip. ſuit conſuſum numer. 8. par. 2. diuerſ. & faciunt quæ tradunt Flamin.

de resignat. libr. tertio questione 6. numer. 74. Aloys. Ricci. in praxi fore ecclesiastic. decr. 701. in 1. edit. & resolut. 593. in 2. edit.

Deinde postulabit aliquis, an dispensatus à Summo Pontifice ad beneficium simplex obtinendum ante aetatem quatuordecim annorum, qui ad illud requiruntur per Concil. Tridentin. sess. 23. de reformat. cap. 6. posset illud beneficium simplex obtinere ab Episcopo absque noua dispensatione: in qua questione dicendum est, quod cum obtinens dispensationem ad beneficium simplex, dicatur habilitatus ad cetera simplicia, ut resolut. Campani. in diuersorio iuris Canon. rub. 11. capit. 13. numer. 98. poterit in euentu de quo agimus, huiusmodi capax, & habilis per dispensationem factus ad alia simplicia ab Episcopo impetranda, dummodo ius non resistat, ut sunt duo simplicia beneficia, ita in terminis Aloys. Ricci. in praxi aeterea resolut. 64.

SYMMARIUM.

- 1 Litteratus viris indiget Ecclesia Dei; per quos totus mundus illuminatur.
- 2 Ecclesia semper amat sapientes.
- 3 Scientes praesumuntur à vitijs abstinere.
- 4 Ignorantia est mater omnium errorum.
- 5 Illiteratus comparatur caeco.
- 6 Illiteratus est nullus in Ecclesia Dei; nec in ea placere potest.
- 7 Illiteratus a suis nuncupari solet, & non venit appellatione hominum.
- 8 Illiteratus est magis odiosus quam homicida.
- 9 Illiteratus dicitur, qui prima grammaticae rudimenta non didicit.
- 10 Irregularis est illiteratus.
- 11 Illiteratus defectus est omnino indispensabilis.
- 12 Litteratura iure diuino requiritur.
- 13 Episcopus potest dispensare ad Ordines cum illiterato aliquod principium grammaticae habente, & spem addiscendi in futurum ostendente.
- 14 Religiosi bene legentes, & cantantes, etsi in lingua latina aliquatenus deficiant, tunc conscientia possunt ab Episcopis ordinari.

EPISCOPVS AN POSSIT
cum illiteratis ad Ordines
dispensare?

ALLEGATIO XLVI.

- 1 Ecclesia Dei indiget literatis viris, quibus regitur, & sustentetur capit. super specula de praebendis, cap. cum ex eo, & ibi Ioan. Monach. numer. 1. de elect. in 6. Abb. in cap. de multa numer. 5. & 7. de praebendis Carol. de Grassus in tract. de effect. cleric. in prelud. à numer. 63. Felin. in cap. si quando numer. 7. ubi Nauarr. except. 16. numer. 5. de rescript. Hieron. Giach. in cons. syndicatus numer. 67. & 81. Peretti. ad extranag. ambitiosa, verbo ex quibus Ecclesia numer. 21. de rebus Ecclesiae non alienan. Per quos totus mundus illuminatur cap. fin. de Magist. dict. cap. cum ex eo de elect. in 6. gloss. verbo viris literatis in extranag. execrabili, de praebendis. Flamin. de resign. lib. 4. capit. 11. numer. 17. Carol. de Grassus dict. prelud. num. 88.
- 2 Illa enim semper amat sapientes cap. Episcopus 41.

distinct. dict. cap. de multa; late & eleganter Mare. Anton. Genues. in practicabilibus Eccl. quasi. 621. & fauet literatis Flamin. de resignat. libr. 5. quasi. 3. numer. 78. multaque priuilegia eis concedit Carol. de Grassus dict. prelud. numer. 89. Literati igitur in Ecclesia dicuntur radij Solis, & stella, Auth. habita, & ibi Bald. numer. 12. C. ne filius pro patre; cap. super specula, de magistris. Mandos. in regul. Cancel. regul. 16. quasi. 15. numer. 3.

3 Et ratione scientiae, qua sunt decorati, praesumuntur abstinere à vitijs, cap. cum a iunemite, §. quis praeterea, de praesumpt. & quemadmodum scientia est mater virtutum, & praesentium 1. quasi. 3. Menoch. de praesumpt. lib. 6. quasi. 91. numer. 20.

4 Ita ignorantia est mater omnium errorum, cap. ignorantia, cap. si in laicis 38. distinct. cap. nisi cum pridem §. pro defectu, de renun.

5 Penitus igitur illiterati non possunt fieri clerici cap. praecipimus 34. distinct. cap. illiteratos, & ibi gloss. 1. 38. distinct. cap. si quis 77. distinct. cap. fin. de atate, & qual. cap. fin. de tempor. ordin. in 6. Bern. in pract. crimin. cap. 18. Nauarr. in cap. si quando except. 11. numer. 45. & 50. de rescriptis; Menoch. de arbitr. casu 425. Lambertin. de iure patron. par. prima libr. secundo, art. 24. questione 6. numer. secundo. Fului. Pacian. de probationibus libr. secundo, cap. 34. numer. 79. Gutier. Canonic. lib. primo, capit. vigesimo sext. numer. 27. Henr. in summ. par. secunda, lib. 14. cap. 8. numer. 11. Flamin. de resignat. lib. 4. quasi. 4. numer. 2. & quasi. 11. numer. 17. cum sequentibus, & lib. 5. quasi. 3. numer. 70. cum sequentibus, Azor. in tit. moralium par. 2. lib. 3. cap. 28. quasi. 9. Gonz. ad reg. 8. Cancel. gloss. 4. numer. 41. cum sequentibus.

6 Illiteratus autem comparatur caeco cap. post translationem §. item si quis. de renun.

7 Et est nullus in Ecclesia Dei, cap. congregato, & ibi Bald. numer. 4. de elect. Nec in ea placere potest, cap. illiteratos 36. distinct. cap. ignorantia, 28. distinct. cap. quia frater 7. questione prima. Franc. Leo in thesauro fore eccles. par. secunda, cap. 2. numer. 72. & alius nuncupari solet Ioan. Monach. in cap. ex eo de elect. in 6. & in cap. sicut numer. 10. de verbor. signific. cod. lib. Peretti. ubi supra numer. 23. quinimo non venit appellatione hominum, sed iumentorum, Gomez in reg. de annali quasi. 47. in fine.

8 Et sunt magis odiosi, quam homicida Thom. Achi. de ludo scacchorum quasi. 8. numer. 29. & Flamin. dict. quasi. 5. numer. 90.

9 Illiteratus autem dicitur, qui prima grammaticae rudimenta non didicit Praepos. in cap. 1. numer. 2. post medi. 39. distinct. Rota Rom. diuers. par. secunda decr. 16. numer. 3. Carol. de Grassus in dict. prelud. numer. 237. & seq. Flamin. dict. quasi. 4. numer. 2. cum sequentibus, & dict. quasi. 3. numer. 70. cum seqq. Magol. de irregul. lib. 1. cap. 32. Campan. in diuersor. iuris Canon. rubr. 5. cap. 5. numer. 10.

10 Et est irregularis, ac inter irregularitates connumeratur haec ex defectu litteraturae, Auila de censur. par. 7. disputat. 4. dub. 1. Nicol. Garcia de benefic. par. 7. cap. 7. numer. 19. Finald. in candelabro aureo par. 2. tit. de irregul. §. 1. Tolet. in summ. c. 58. vers. irregulares ex defectu animae, Rebuff. in tract. de pacificis poss. numer. 226. Gonzal. dict. gloss. 4. numer. 41. Flamin. dict. quasi. 89.

11 Et hic defectus est omnino indispensabilis, pro ut tenent Rebuff. de pacificis poss. numer. 264. Flamin. dict. quasi. 4. numer. 2.

12 Litteratura enim iure diuino recipi videtur ex
hij